Wissenschaftliche Beilage

zum

Vorlesungsverzeichnis

der

Universität Greifswald.

Ostern 1902.

Inscriptiones Bureschianae

edidit

Alfredus Körte.

Greifswald.
Druck von Julius Abel.
1902.

Carolus Buresch, strenuus ille atque indefessus Lydiae perscrutator, vere anni 1895 postremum iter Asianum iuvenili ardore ingressus est, quamquam iam tum pthisi graviter laborabat. Post tres menses Athenas revertit laboribus febrique ita debilitatus, ut breve vitae spatium sibi superesse cognosceret. Vidi eum mense Septembri infirmissimum, emorienti similem, sed tamen studiis mirifice deditum. Tum enim, quidquid virium restabat, in commentario elaborando consumebat, quo Academiae Regiae Borussicae rationem itineris redderet. Atque res quidem geographicas copiose et sagaciter pertractavit, inscriptiones non protulit, nisi paucas quae maximi momenti esse videbantur. Confecerat autem, priusquam postremum illud iter iniret, alterum commentarium, quo omnes fere inscriptiones annis 1891 et 1894 a se in Lydia collectas doctissime et acutissime illustrabat. Itaque factum est, ut in eius scriniis, postquam multa perpessus mense Martio anni 1896 diem supremum animo invicto obiit, duo commentarii perfecti atque absoluti invenirentur, alter geographicus, alter epigraphicus. Hos commentarios Otto Ribbeck, qui discipuli carissimi memoriam religiose colebat, publici iuris fecit in libro qui inscribitur „Aus Lydien“. Arbitrabatur autem omnia in eo contineri, quae Buresch intra annos 1891—95 in Asia collegisset. Fugit enim virum egregium, qui iam tum gravi morbo opprimebatur, titulos anno 1895 exscriptos in commentario geographico aliquotiens tangi, in epigraphico omnino deesse. Id quod non viderat Ribbeck, ne poterant quidem videre amici, qui eum in edendis Bureschianis adiuvabant, quoniam ille Wachsmuthio epigraphicum solum commentarium ordinandum mandaverat, Cichorio singulas plagulas, prout e prelo prodibant corrigendas commiserat, totam materiem inspiciendam neutri concesserat.

Quae cum ita essent, ego in ephemeride critica Gottingensi[1]) de libro optimo „Aus Lydien" disserens non dubium esse contendi, quin adhuc multae inscriptiones in Bureschii diariis laterent dignae quae publici juris fierent. Et Curtius Wachsmuth legitimus post Ribbecki obitum Bureschianorum patronus in diariis, quae Athena Buresch uxor viri egregii libenter ei committebat, permultos titulos ineditos reperit. Atque cum eis edendis ipse non vacaret, a Paulo Wolters rogatus diaria per Paulum Schultz adulescentem philologum excutienda curavit, schedulas ab hoc egregia diligentia ac cura confectas aestate anni 1899 Athenas transmisit. Wolters autem tunc temporis infinitis occupationibus prohibitus, quominus ipse eis operam navaret, me rogavit, ut schedulas in instituti archaeologici Atheniensis ephemeride ederem. Cui officio equidem deesse nolui Bureschii eximiae erga me benevolentiae memor. Malui autem occasione oblata titulos in hoc indice Gryphiensi quam in ephemeride Atheniensi proferre, id quod petenti mihi benigne concessit Joannes Schrader, qui iam Athenis Woltersii locum obtinet.

Restat ut paucis enarrem, quibus rationibus in edendis titulis usus sim. Wachsmuth omnino omnes inscriptiones exscribendas curavit, quas a Bureschio ipso nondum publici iuris factas in diariis inveniebat, sunt autem centum triginta quattuor. Ex his praetermisi viginti duas intra 1888 et 1894 exscriptas, quas Buresch ipse edere noluerat, operam dedi eis solis, quas anno 1895 indagaverat. Sed ne has quidem recepi omnes, taedebat enim iterare eas, quas aut Buresch ipse in commentario geographico aut alii viri docti aliis locis ita proposuerant, ut nihil fere addere vel corrigere possem; item omisi aliquot frustula, in quibus paucae litterae, non verba dispiciuntur. Vereor autem, ne invitus titulos aliis locis prolatos repetiverim, sunt enim inscriptiones Lydiae per tot ephemerides tot libros dissipatae, ut omnibus perscrutandis non vacarem. In distribuendis inscriptionibus ordinem diarii ita servavi, ut itinerario plane respondeant. Quae ad illustrandos titulos attuli pauca sunt, si cum Bureschii libro insigni conferas, quoniam ego neque acumine cum illo comparandus neque in rebus Lydiis tam diu versatus sum. Ut viri docti, quid novi in his titulis insit, facilius perspiciant, indices addidi locupletiores; quis enim sexaginta septem inscriptiones Asianas perleget nisi coactus?

Postremum est, ut gratias agam maximas Athenae Buresch, cuius egregia benevolentia factum est, ut mariti diaria inspicere

---

1) Göttinger gel. Anz. 1898 p. 957 sqq.

possem; neque enim satis putavi Schultzii apographa etsi accuratissima edere, cum diaria ipsa praesto essent.

1) Basis marmorea, quam vidit Buresch in oppido *Kassaba* prope templum Turcicum, quod *Tatar-dschami* vocatur; litterae elegantes.

Τόπος εἰς ἀνδριάντα ἥρω-
ος Μενεκράτους τοῦ Μενε-
δήμου

Ubi haec basis effosa sit non constat; oppidum Kassaba veteris civitatis locum non tenere docuit Buresch (*Aus Lydien* p. 1), de civitatibus Caesarea Trocetta et Tateicome, quarum utraque non procul a Kassaba abest, idem egit p. 183.

2) Stela marmorea fastigata e duobus lapidibus composita, quorum dexter periit, sinistrum vidit Buresch in vico, quem ille *Tschapakly*, Kiepert *Tschapaldy* vocat; vide quae adnotat Buresch p. 133.

Ἐπὶ στεφανηφό[ρου τοῦ δεῖνα
τοῦ Ναθήους μη(νὸς) [τοῦ δεῖνα
ἡ τρικωμία — Μηλοκ[ωμῆται . . .
αριοκωμῆται — Καιβο[κωμῆται?
ἐτείμησαν Π. Ῥέγιο[ν τοῦ Δη-
μητρίου υἱὸν Κορν[ηλίᾳ
νημ̣ . . . . ἀρχιερέα . . . .

. 2. Ναθήους a Νάθης declinatum, ut Πυθοκλήους infra No. 10, Μιθρήους BCH XI 94 No. 14, Le Bas — Waddington 1660c. Μηνὸς ut solet in titulis Lydiis compendiatum $\overset{\text{H}}{\text{M}}$.

l. 3. Singulorum pagorum nomina lineolis disiuncta sunt. Nomen secundum Buresch dubitanter supplevit Καισ]αριοκωμῆται, quod non placet, fortasse Ἀριοκωμῆται scribendum est.

l. 5. ΠΡΕΓΙC praenomine non distincto; ultima littera mutila, sed certa.

l. 6. Κορν[ηλίου coniecit Buresch, sed tribus Romanae nomen desideratur. Inter Κορνηλίᾳ et ἀρχιερέα cognomen restituendum est.

l. 7. Littera tertia dubia, secundum Bureschii apographum M potius quam N erat, post illam spatium quattuor litterarum indicat B.

Tres illi pagi in unam civitatem consociati sunt, ut in Galatia Tricomia Trocnadum cf. *Ramsay, Historical Geography of Asia*

minor p. 228. Alterum eiusdem nominis pagum Μηλοκώμη in Phrygiae Lydiaeque confiniis fuisse monet Buresch l. c., cf. *Ramsay Cities and Bishoprics of Phrygia* I 141, 156.

3) Fragmen stelae marmoreae in vico *Tekesian* aedium privatarum muro immissum.

εἰ δέ τις]
ἕτ]ερον πτῶ-
μα] εἰσενένκῃ,
θ]ήσι(!) εἰς τὸ τοῦ
α]ὐτοκράτορος
τ]αμεῖον 𐆖 . . .

l. 5. 𐆖 = δηνάρια.

4) Stela marmorea, corona et scipione ornata, in aedibus privatis oppidi *Salihly* servata; litterae affectata elegantia insignes.

Ἔτους σνδ' μη(νὸς) Δα[ι
σίου ιγ'. Ἀλκαῖος
Γ. Εἴλα νήφοντι νέῳ,
χρηστῷ συντρό-
φῳ μνείας χάριν

l. 1. Dubius haereo utrum annus 254 secundum aeram provincialem 170 p. Chr. n. sit, an 224 secundum Actiacam aeram, quarum utramque in Lydia usurpatam esse luculenter demonstravit Buresch p. 20 sqq. Equidem neque in sermone neque in litterarum formis quicquam quod alterutri anno obstet invenio.

l. 3. Εἰλανήφοντι scripsit B. in diario, non recte, disiungitur enim νήφοντι a nomine Εἴλα puncto interposito, haud scio an nomen aliunde ignotum Εἴλας (Ἴλας) hypocoristicon pro Ἴλαρος sit.

In fine B. scripsit νεωτέρῳ, sed spatium vix sufficit; quamquam νέος pro νεανίας insolentius dictum est.

5) Fragmen marmoreum (0,23 m alt. 0,26 m lat.) a dextro solo latere incolume, 3 chiliometra a vico *Parsa* septentrionem versus effossum. Inscriptionem litteris minusculis male editam esse in ephemeride, quae vocatur Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς 1875 p. 117, testatur Buresch p. 134, mihi ephemeridem inspicere non licuit; litteras exeunte saeculo a. Chr. n. secundo recentiores non esse iudicavit B.

ΕΛΕΣΕ
ΙΣΕΘΗΚΕΝΔΕ
ΣΟΓΔΟΗΣΕΩΣ
ΙΘΕΜΕΝΟΣΤΟΤΗΣ (vacat)
ΑΝΤΙΚΑΙΡΩΙΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΣ
ΞΕΙΝΤΑΚΟΙΝΑΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥ
ΣΤΑΙΦΑΙΝΩΝΤΑΙΤΑΣΚΑΤΑΞΙ
ΓΑΘΟΙΣΑΝΔΡ ΣΙΝΚΑΙΜΗΔΕΝ
ΟΣΙΝΤΥΧΗΙΤΗΙΑΓΑΘΗΙ
ΣΤΩΝΚΑΙΓΥΝΑΙΚΩΝΚΑΙΤΕ
ΝΕΔΗΜΟΝΚΩΚΙΩ ΟΣΤΟΥ
ΟΜΕΡΕΙΑΙΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΥΣ
ΑΝΩΙΕΝΤΕΤΗΙΘΥΣΙΑΙΚΑΓ
ΣΚΑΛΕΙΣΘΑΙΔΕΑΥΤΟΝΚ
ΕΡΓΕΤΑΣΕΙΝΑΙΔΕΑΥ
ΕΔΗΜΟΥΦΙΛΑΓ

. . . . ἐτ]έλεσε[ν
. . . . ς, ἔθηκεν δὲ
καὶ ἔλαιον τῆι συνόδωι . . . . ἀπὸ τῆ]ς ὀγδόης ἕως
τῆς . . . . ι θέμενος τὸ τῆς
. . . . ἐν π]αντὶ καιρῶι προειρημένος
. . . εὐεργετεῖν καὶ ἐπαύ]ξειν τὰ κοινὰ τῆς συνόδου.
ὅπως ἂν οὖν καὶ οἱ . . . .]ασταὶ φαίνωνται τὰς καταξί-
ας χάριτας ἀποδιδόναι τοῖς ἀ]γαθοῖς ἀνδρ[ά]σιν καὶ μηδὲν
ἐλλείπειν προθυμίας τοῖς διενηνοχ]όσιν, τύχηι τῆι ἀγαθῆι
δεδόχθαι τῆι συνόδωι τῆι . . .]αστῶν καὶ γυναικῶν καὶ τέ-
κνων . . . . τετιμῆσθαι Με]νέδημον Κωκίω[ν]ος τοῦ
δεῖνα . . . . δ]λομερείαι καὶ στεφανοῦσ-
θαι . . . . στε]φάνωι ἔν τε τῆι θυσίαι κα(ὶ)
. . . . ς, καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν κ .
. . . . ὥσπερ τοὺς ἄλλους ε]ὐεργέτας, εἶναι δὲ αὐ-
τῶι . . . . Με]νεδήμου φιλαγά-
θου] . . . .

Litterae modo angustius modo latius positae sunt, ita ut eorum numerus in singulis lineis admodum variet. Dimidiam fere lapidis partem periisse e linea 8 perspicitur, quae sola certe suppleri

potest. Quod mihi non contigit, ut inscriptionem inter Bureschianas antiquitate insignem restituerem totam, valde doleo.

l. 2 sq. Fortasse de oleo collegii sodalibus a Menedemo praebito agitur; nam quod certi dies commemorantur, per quos ille munus quoddam largitus est, optime quadrat ad ἐλαιοθεσίαν beneficium Graecis exoptatissimum, cf. *Kern, Inschriften von Magnesia* 179 l. 15 sqq. ἀλείψαντα τὴν πόλιν τῷ τῆς ἀγορανομίας χρόνῳ πλείοσιν ἡμέραις et infra l. 30 καὶ θέντα πάλιν ἔλαιον τῇ πόλει ἐν τοῖς γυμνασίοις τῇ θκ' τοῦ Ἀρτεμεισιῶνος μηνός.

l. 5. προειρημένος pro προηρημένος scriptum est, ut solet tertio alteroque a. Chr. n. saeculo cf. *Dittenberger* SIG² III p. 226, *Meisterhans-Schwyzer, Grammatik der attischen Inschriften* p. 171.

l. 7. Incommode accidit quod collegii nomen et hic et l. 10 mutilatum est, ita ut eius indolem ignoremus; collegia, quorum nomina in — ασται exeunt, non a deis solum sed etiam a conditoribus vel a locis nominata esse docuit Ziebarth (*Das griechische Vereinswesen* p. 139).

l. 10. Etsi permirum est in hoc collegio mulieres quoque liberosque suffragium tulisse, tamen ea qua supplevi pro certis habeo; post τέκνων fortasse participium aliquod velut συναινούντων periit.

l. 12. ιομερειλι in lapide se legisse pressis verbis testatur Buresch, quae litterae quomodo suppleantur nisi in ὁλομερείᾳ equidem non video. Est sane ὁλομέρεια vocabulum perrarum, non legitur, quantum scio, nisi apud Tzetzen (exeg. in Hom. Il. p. 89, 14)[1]). Cuiusnam rei integritate vel summa Menedemus honoratus sit, non constat, fortasse pro πάσαις τιμαῖς audacter dictum est τιμῶν ὁλομερείᾳ.

6) Basis marmorea ab inferiore parte fracta (0,52 m lat. 0,91 m alt. 0,48 m crass.) in vico *Tschatal* inventa. Alterum lapidem superpositum fuisse suspicatur Buresch, idem litteras paene evanuisse testatur. Apographon ab homine illiterato pessime confectum in ephemeride Νέα Σμύρνη (24. Febr. 1895) editum, Athen. Mittheil. XX 241 repetitum est, cf. quae Buresch disputavit p. 135.

Διὶ σ]ωτῆ[ρ]ι Ὀλυμπίω καὶ
αὐτοκράτορι Καίσαρι θε-
οῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ

1) Adverbium ὁλομερῶς exstat apud Diogenem Laertium V, 28.

υἱῷ θεοῦ Νέρουα υἱωνῷ
Τραϊαν]ῷ Ἀδριανῷ Καί-
σαρι Σεβαστῷ (folium) ἀνέ-
σ]τησαν Τολοκαισαρε[ῖς
τὸν ἀνδριάντ]α καὶ τὸ [βάθ-
ρον? καὶ τὸ μ]άκελλον ἐκ
τῶν τῆς κ]ώμης πόρων.

l. 1. De tituli initio Buresch l. l. falso iudicasse videtur; si quidem lapidis formam recte delineavit, basis a superiore parte incolumis est, ac meo quidem iudicio nihil deest nisi quattuor litterae lineae primae. Jovis nomen deesse non potest, nam particula καὶ ostendit una cum Hadriano alterum deum coli, — quem ab illo non diversum esse pii homines credi volebant. Sunt sane cognomina σωτὴρ et Ὀλύμπιος saepissime Hadriano ipsi indita, ita tamen ut nominum agmen clauderent, Olympio Servatorem praeeunte (cf. *Dürr, Die Reisen des Kaisers Hadrian* No. 20, 40, 41, 43, 45, 46, 76).

l. 7. Τολοκαισαρε paene certum esse Buresch affirmat, in fine unam litteram deesse suspicatur. Pagani illi, si nomen recte descriptum est, multorum oppidorum exemplum secuti[1]) propter beneficia ab imperatoribus accepta Caesarienses esse voluerunt; pristinum nomen Τολοκώμη fuisse conicias.

l. 8. Post TO Bureschi apographon exhibet ΝΛ correctum ex ΡΙΛ; tenendum litteras paene evanuisse.

l. 9. σ]άκελλον supplevit Buresch, quod mihi non placet. Irrepserunt sane vocabula Latina, quae ad rem publicam vel militarem pertinebant, in sermonem Graecum ut φίσκος, λεγεών, πριμιπιλάριος alia, sed pro nominibus usitatissimis ἱερόν, τέμενος, ναός Hadriani aetate in Asia σάκελλον usurpatum esse verisimile non est. Est autem μάκελλον nomen Graecum, quamquam nostris auribus latine potius quam graece sonat. Legimus enim in Hesychii lexico μακέλα· φράγματα, δρύφακτος — μάκελος· δρύφακτος — μάκελλα· τὰ αὐτά, nec dissentit Varro, testis gravissimus, cum dicit (de lingua Latina V 146) „Forum Olitorium; hoc erat antiqum Macellum, ubi olerum copia. ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant macellum, sed Iones ostia ortorum macellotas ortorum et castelli macella“[2]). Errare autem Varronis editores, qui voces ‚macellotas

1) cf. quae Buresch disputavit de Caesariensibus Athen. Mittheil. XIX 107 sqq.

2) ‚castelli macelli' libri, macela L. Spengel; fortasse ante et interpungendum et pro castelli cancelli scribendum est.

ortorum' tollere solent, e titulo Delio saeculi a. Chr. n. secundi cognoscitur (BCH VI p. 29 sqq., SJG² 588), ubi inter opera ab hieropoeis locata recensentur l. 238 θύραι μακελλωταὶ i. e. portae cancellatae.

Est igitur in titulo nostro τὸ μάκελλον locus carceribus saeptus, quem una cum statua et basi vel ara pagani Jovi Hadriano dedicaverunt.

7) Lapis ostio monumenti Turcici in oppido *Tire* superpositus

Διόφαντος Ἐφέσιος ἠγόρασα

prior littera Σ in nomine Ἐφέσιος inversa est Ƨ.

8) Parva stela marmorea imagine porcae et quinque porcellorum ornata in eodem oppido conservata; infra anaglyphum litteris rudibus scriptum

Διόφαντος Ἐφέ[σιος

ΛΝΙ pro αντ legit B. Diophantum Ephesium eundem esse, qui in titulo praecedente nominatur, probabile est.

9) Lapis in vico *Maschat* exscriptus, cuius angulus dexter superior laesus est. Titulum a Frontier (Μουσεῖον 1878 p. 97 No. σϛζ') male editum esse testatur Buresch, qui pauca de eo disseruit p. 136. litterae non inelegantes tertii, ut videtur, p. Chr. n. saeculi

Τούτου τοῦ ἡρώου κήδεται Αὐρ. Ἀντ[ίας
καὶ Αὐρ. Τατιανὴ κλείνης βοριακῆς κατὰ συν-
χώρησιν Αὐρ. Τροφίμου καὶ Ἀμμιανοῦ καὶ Ζω-
σίμου. οὐδενὶ δὲ ἑτέρῳ ἐξὸν τεθῆνα(!)· εἰ δέ τις
τορμήσει(!) ἕτερον θάψαι τινὰ ἢ γράμα(!) ἐκόψαι(!), θή-
σε(!) τῷ ταμίῳ 𐆖 ͵α καὶ τῇ Χονδριανῶν κώμῃ 𐆖 φ'

l. 1. Ἀντίας nomen minus usitatum supplevi, quia tres litterae desunt.

l. 2. κλείνην βοριακὴν lectum funebrem septentrionalem esse Buresch rectissime adnotavit. Aurelius Trophimus et Ammianus et Zosimus, qui monumentum exstruxisse videntur, eius partem septentrionalem concesserunt Aurelio Antiae eiusque uxori. Saepius fit ut monumenta sepulcrorum inter complures familias divisa sint cf. *Heberdey und Wilhelm, Reisen in Kilikien* p. 67 No. 143 Παπίας Κλοῦ κατεσκεύασε τοῦ τάφου τὸ ἥμισυ μέρος τοῦτο κτέ ibidem p. 149 No. 252 Ἀπατοῦρις Μάπει κατεσκεύασεν τὸ ἡρώειον ἑαυτῷ ὥστε ἔχειν αὐτὸν μέρη δύο εἰσερχομένων ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ ἀντίου.

Quod l. 4 τεθῆνα pro τεθῆναι, l. 5 τορμήσει pro τολμήσει,

γράμα pro γράμμα, ἐκόψαι pro ἐκκόψαι, θῆσε pro θῆσει scriptum est, id non tam incuriae quam inscitiae lapicidae tribuendum erit.

10) Pars superior stelae marmoreae elegantissimae (0,41 m. alt. 0,73 lat.), quam B. in vico *Köscheler* vidit; servatum est fastigium cum architravo et duarum columnarum capitellis, inter quae tres coronae pendebant, sinistra nunc mutilata, media dextraque paene deletae. Titulum litteris minusculis editum esse Μουσεῖον 1886 p. 25 No. φα' Buresch p. 137 testatur.

'Αριστόβουλος Πυθοκλήους, 'Αρτεμοῦν, Πυθοκλῆν 'Αριστο-
Σωσιγένου βούλου
in corona corona corona
ὁ δῆμος

Pythoclem a tribus civitatibus coronis funebribus donatum esse suspicatur Buresch, non recte. Nam cum civitatis nomen in corona servata omittatur, tres illas coronas ab eadem civitate tribus mortuis Aristobulo Pythoclis, Artemo Sosigenis, Pythocli Aristobuli sacratas esse manifestum est. Coronas aureas a civitatibus defunctis decretas semper fere cum illis conditas esse docuit Rubensohn, qui in Pari insulae sepulcris permulta coronarum folia aurea invenit (Arch. Anz. 1900 p. 24). Accusativus 'Αρτεμοῦν pro 'Αρτεμῶ in titulis Asianis saepius occurrit CIG 3223, 3300, cf. Δημοῦν CIG 3228, Μητροῦν CIG 3241, de genitivo Πυθοκλήους cf. ad No. 2.

11) Tabula marmorea alba (1,04 m long., 0,535 m alt. 0,12 m crass.) effossa in delubro Matris Sipylenae prope Magnesiam ad Sipylum sitam. Ediderunt Homolle BCH XVIII 541, Mylonas *Revue de Philologie* XX 1896 p. 88, Buresch p. 138; lapidem Constantinopolim devectum esse testatur Mylonas, ego in museo quod dicitur *Tschinili-kiosk* frustra eum quaesivi. Litteras secundi fere saeculi a. Chr. n. esse recte iudicant et Mylonas et Buresch.

Μηνᾶς Αἴαντος Περγαμηνὸς ἐποί⟨η⟩σεν

Litteram η verbi ἐποίησεν omissam esse adnotavit Buresch in diario, idem per lapsum calami, ni fallor, scripsit Αἴααντος.

Titulum ter editum repetivi, quia nemo eum adhuc ea, qua dignus est, cura tractavit. Fecit enim, si quid video, Menas Aiantis Pergamenus pulcherrimam Alexandri Magni statuam in eodem loco effossam nunc in Museo Constantinopolitano servatam, quam Th. Reinach (*Monuments et mémoires Piot* III p. 155 sqq. tab. 16—18) et Th. Wiegand (*Arch. Jahrb. XIV* p. 1 sqq. tab. I) publici iuris fecerunt. Admodum dolendum est, quod homo archaeo-

logus non aderat, cum delubrum illud anno p. Chr. n. 1895 effodiebatur. Unus Buresch paullo accuratius refert, quaenam res ibi inventae sint. Sunt autem hae:

1. Statua adulescentis Graeci, quam Alexandri imaginem esse luculenter demonstravit Wiegand; manum sinistram fractam gladium tenentem eiusdem statuae esse Buresch non perspexit.

2. Statua hominis Romani.

3. Truncus parvae statuae viri volnerati in pectore, pelle vestiti(?).

4. Brachium et digitus fractus statuae colosseae.

5. Titulus noster.

6. Quattuor fragmina baseos marmoreae magnae Matri Sipylenae dedicatae, quam Buresch alteri a. Chr. n. saeculo tribuit. cf. BCH XVIII, 541 et infra No. 12.

7. Fragmen baseos marmoreae aetatis Romanae infra edendum (No. 13); quod fragmentum a Bureschio l. l. praetermissum una cum reliquis lapidibus inventum esse e diario cognoscitur.

Iam si quaerimus, quaenam bases ad singulas statuas conveniant, primo obtutu elucet signi colossei fragmenta (4) cum basi maxima (6) coire, basim aetatis Romanae (7) quadrare ad statuam viri Romani, restare tabulam Menae nomine insignitam, statuam Alexandri, parvum truncum viri volnerati. Est autem tabula tanta, ut cum parvo illo trunco coniungi non possit, ergo ad unum Alexandrum convenit. Potest sane accidisse, ut et basis Alexandri et statua Menae perierit, sed priusquam Fortunam tam crudeliter lusisse credamus, deliberandum erit, num statua Alexandri altero a. Chr. n. saeculo ab artifice Pergameno confecta esse possit. Quam rem diiudicare equidem non audeo, sed ut dicam quod sentio, illa statua nec a saeculo altero nec ab arte Pergamena prorsus abhorrere mihi videtur. Licet ab arae Gigantibus longe distet, tamen ad Hermaphroditum et clarissimum caput muliebre Berolini servatum propius accedit. Velim viri archaeologi Menae locum honestum inter alterius saeculi artifices concedant.

12) Quattuor fragmina baseos permagnae marmoreae in eodem delubro effossa, vide quae supra adnotavi.

Πάμφ[ιλος Μητ]ρὶ Σιπυληνῆι καὶ τῶι δήμωι τὸ ἄγαλμα καὶ τὴν βάσιν.

13) Fragmen baseos marmoreae satis rudis ibidem effossum, vide quae supra adnotavi.

. . . . ἐτίμησεν
. . . . ν Μάρκου υἱὸν
. . . . τάτου εὐεργέτην
. . . . αβαντα δὲ καὶ εἰς
. . . . ταμίαν καὶ ἀντι-
γραφέα]

l. 4. litteram secundam B per lapsum vel lapicidae vel Bureschii ex Σ corruptam esse conicere licet.

14) Ara rotunda marmorea sertis et arietis capite exornata in coemeterio Turcico 3 km a vico *Selendi* septentrionem versus exscripta; litterae elegantes.

Ἐπὶ ἱεροφάντου
Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἀπολ-
λωνίου Μηνόφιλος β′ Συι
α λας καὶ Σεκοῦνδος Ἀπολ-
λωνίου οἱ συνγενεῖς Διο-
νύσωι ἱερ . . . τὸν βωμὸν

corona
ἐκ τῶν ἰδίων
ἀνέθησαν

l. 3. ex. B?ΣΥ?I scribit Buresch.

l. 4. in. M in lapide fuisse B. negat fortasse latet in litteris traditis Σύλλας.

l. 6. Litterarum ερ partes superiores exstant, sequuntur vestigia incerta, quinque fere litterae desunt.

l. 8. Verba ἀνατιθέναι et ἀνιστάναι confusa sunt.

15) Basis marmorea in vico *Saz-oba* in aedibus privatis conservata, ibidem No. 16 et 17 exstant; cf. quae de his titulis adnotavit Buresch p. 138 sqq. Litterae elegantes.

Ἀγαθῇ τύχηι
Μοσχιανὸς Μοσ-
χιανοῦ Ἱεροκαισα-
ρεὺς ἐνείκα παγ-
κράτιον τὰ μεγάλα
Ἀρτεμείσια· ἀναστή-
σαντος τὸν ἀνδρι-
άντα Ἀρτεμιδώρου
τοῦ Πολυβίου Πολυ-
βίου ἀγωνοθέτου.

Hierocaesarensium ludi gymnici iam innotuerunt per titulum inventum in vico *Bey-oba*, qui vico *Saz-oba* confinis est (Μουσεῖον 1886 p. 35 No. φιδ' = BCH XI p. 96 No. 18). Nominantur autem feriae in illo titulo τὰ μεγάλα Σεβαστὰ Ἀρτεμείσια.

L. 9. Aut Πολυβίου falso iteratum, aut τοῦ post Πολυβίου traiciendum est.

16) Basis marmorea ibidem conservata; litterae permagnis apicibus insignes.

Ἀγαθῇ τύχῃ
τὰ μεγάλα Ἀρτε-
μείσια ⟨ἐ⟩νείκα Αὐρ.
Καπίτων Ἀρτεμι-
δώρου
Ἱεροκαισαρεύς·
τὸν ἀνδριάντα
ἀναστήσαντος
Αὐρ. Διονυσίου
β' τοῦ ἀγωνοθέτου.

Titulum praecedente recentiorem esse probant Aureliorum nomina praenominum loco usurpata, cf. quae disputavit *Dittenberger*, *Inschriften von Olympia, p. 205 sqq.*

l. 3. Incuria lapicidae potius litteram ε omissam quam consulto ab agonotheta tempus praesens usurpatum esse puto.

17) Magna basis marmorea ibidem conservata, lineae 5—11 maxima ex parte nuper erasae sunt.

Ἀγαθῆι τύχηι
Λούκιον Ἰούνιον Ἀν-
νιον Μάξιμον Παυλεῖ-
νον τὸν κράτιστον υἱ-
ὸν . . . . . . ι
αν . . . . . . ας
μν . . . . . . -ο
νο . . . . . . ρα
τ . . . . . . ισ
τ . . . . . . Σε-
βα[στ . . . . . τα
τῶν Ἱεροκαι[σαρέ]ων
βουλὴ τὸν τῆς πατρί-

δος εὐεργέτην, ἐπι-
μελησα[μέ]νου Αὐρ. Γλύ-
κωνος β′ τοῦ βουλάρχου

l. 12. Litterarum punctis notatarum partes inferiores exstant, ante τῶν articulus ἡ vix deesse potest.

l. 15. Praenomine Aurelii Buresch adductus est, ut p. 139 titulum saeculo tertio ineunti assignaret.

l. 16. De bularchi munere vide quae disputavit Lévi *Revue des études grecques VIII 225.*

18) Basis ibidem in murum aedium *Hadschi Hassanis* immissa; solum angulum dextrum superiorem paulo illisum esse adnotat Buresch.

Ἀγαθῇ τύχῃ
ἱερὸς
πάλης

Deesse baseos partem inferiorem, id quod Buresch negare videtur, perspicitur, ni fallor, ex ipsius delineatione. Spectat autem hic quoque titulus ad ludos Hierocaesarenses: cum luctatores ancipiti eventu certassent, corona deae sacrata est, id quod Graeci ἱερὸν τὸν στέφανον ποιεῖν dicebant. Dittenberger qui doctissime de hoc usu disputavit (*Inschriften von Olympia* p. 115, SIG[2] 586, 49), vocabulum ἱερὸς et de corona et de certamine usurpari ostendit, subaudiendum igitur in hoc titulo vel ἀγὼν vel στέφανος. Periit agonothetae nomen, a quo basim dedicatam esse tituli No. 15, 16 probant.

19) Lapis in oppido *Gjördiz,* quod veteris Iuliae Gordi locum tenet, in templo Turcico, cui nomen est *Tschatal-oluk-dshamyszy,* a Bureschio exscriptus; litterae elegantes.

Ἔτους σμβ′ μη(νὸς) Πε-
ριτίου δ′ ἐτείμη-
σεν Εὐάρεστος Ἀμ-
μίαν τὴν ἑαυτοῦ
γυναῖκα Εὔτυχος
καὶ Μᾶρκος τὴν
μητέρα Μένανδρος
τὴν θρέψασαν (folium)

l. 1. Litterae M et H ligatae sunt.

Annus 242 = 158 aerae provincialis est. Nusquam fere tot tituli sepulcrales certis annis adscripti prodierunt, quot Iuliae Gordi praeter Bureschium Wagener (*Mémoires couronnés par l'Académie Royale Belgique* t. XXX) et Paris (BCH VIII, 382 sqq.) collegerunt. Buresch et provincialem aeram et Actiacam Gordi valuisse suspicatur p. 22, vix recte. Mihi quidem non modo antiquiores tituli sed etiam recentiores provinciali aerae adscribendi esse videntur, quoniam lapidem, quem edidit Wagener l. l. No. 11, anno p. Chr. n. 316 positum esse vix credam. Monendum vero titulum antiquissimum (Paris l. l. No. 2) anni p. Chr. n. 21 simillimum esse recentissimi (Wagener l. l. No. 11) anno p. Chr. n. 262 confecti, ita ut per 250 annos nihil fere in defunctis colendis novatum esse appareat.

l. 8. Menander θρεπτὸς erat Euaresti et Ammiae, vide quae infra de threptorum condicione disputavi.

20) Lapis ibidem in ecclesia Graeca conservatus; multae litterae ligatae sunt.

Ἔτους ρq[γ]ʹ μη(νὸς) Γορπιαίου ζʹ
corona
Θεότιμος, Παῦλα, Θυ-
νίτης, Ἀπφιάς, Μενέμα-
χος, Θυνίτης ἐτίμη-
σαν Σύνετον θρεπτ[όν,
Ὀνησίμη, Ἀπολλωνίδη[ς
υἱόν, Τελέσφορος πεν-
θερίδη(!), Πολυνίκη, Ὀνη-
σίμη, Ἄμμιον, Ἀπολλω-
νίδης ἀδελφόν, Τύχη
Φοῖβος σύντροφον
καὶ οἱ ἴδιοι vacat
χαῖρε


l. 1. Post ρq unam hastam exhibet Bureschi apographon, potest igitur vel γ vel ε vel η suppleri = 109, 111, 114 p. Chr.

l. 5. ex. TCI Buresch legit, qui adnotat „scheint vollständig.“

l. 11. ΣΥΝΠΟΦ ap.

Sunt sane in hoc titulo nonnulla explanatione digna. Ac primum quidem cavendum ne l. 5 Bureschi apographo fisi suppleamus θρεπτοί, ita ut homines primo loco nominati Syneti alumni sint. Fuisse enim Theotimum Paulam Thyniten inter nobilissimos Iuliae Gordi cives, duo tituli a Wagenero editi (No. VIII et IX)

ann. p. Chr. n. 37 et 76 confecti probant, quorum alterius ope totius familiae stemma nectere licet hoc:[1])



Quae de threptorum condicione Ramsay (*Cities and bishoprics of Phrygia* p. 546 sq.) praeclaro acumine disputavit, titulis Gordenis plane comprobatur. Sunt autem secundum imperatorem Trajanum (ep. ad Plin. 66) οἱ θρεπτοὶ „liberi nati expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati", quibus ille nec assertionem omnino denegare vult, nec ipsam libertatem pretio alimentorum redimendam concedit. At rectissime Ramsay observavit multos alumnos non servorum sed filiorum locum obtinuisse, id quod hac lege Constantina in codice Theodosiano V, 7 servata confirmatur: „Quicunque puerum vel puellam proiectam de domo, patris vel domini voluntate scientiaque, collegerit ac suis alimentis ad robur provexerit, eundem retineat sub eodem statu, quem apud se collectum voluerit agitare, hoc est sive filium, sive servum eum esse maluerit." Iam si ad titulum nostrum redimus, Synetum apparet a parentibus Onesime et Apollonide, quibus iam quattuor liberi erant, expositum et eorum „voluntate scientiaque" sublatum esse a Paula et Theotimo, hominibus divitioribus, qui filii locum ei concedebant, nam si servus educatus esset, nullo modo parentes genuini una cum domino eiusque familia defunctum coluissent. In hac quidem Asiae regione, si titulis fidem habemus, plerique θρεπτοὶ filii non servi fiebant, tam artis enim pietatis vinculis alumni cum patronis conexi sunt, ut in inscriptione Gordena supra allata (Wagener No. IX) alumna quaedam patroni filium σύντροφον, eius maritus patronum uxoris socerem, patroni filium affinem (πενθερίδη) appellarent. Fit etiam ut privigni θρεπτοὶ vocentur cf. *Class. Rev.* 1897 p. 138 No. VIII.

l. 7. πενθερίδης nomen rarissimum est, in Stephani Thesauro

1) Asterisco ea nomina notavi, quae Wagneri stemmati e nova inscriptione addidi.

πενθερίδης et πενθερὸς misere confunduntur. At titulus ille Gordenus (Wagener IX) recte distinguit πενθερὸν socerem et πενθερίδην soceris filium i. e. uxoris fratrem. Pro πενθερίδην alii quoque tituli huius civitatis πενθερίδη exhibent (Wagener VIII, IX, Paris No. 2), Gordeni enim ut vocabula antiqua adamasse[1]) ita artem grammaticam fastidivisse videntur.

21) Lapis ibidem in aedibus *Vasili Boyadshi* servatus, a superiore parte fractus; usque ad verbum ἀδελφὴν ed. Buresch p. 139; satis multae litterae ligatae, σ semper inversa Ƨ·

[ὁ δεῖνα τὴν δεῖνα]
θυγατέραν(!), Ἀτ-
τίνας, Παρμενίσχος(!)
τὴν [ἰ]ανάτερα, Ἀλέξα[ν
δρος Φίλιπος(!) τὴν ἀδ-
ελφὴν κὲ οἱ συνγενεῖς
ἐτίμησαν. χαῖρε.

l. 3. Quae Buresch ad hanc lineam adnotavit nostrate lingua ad verbum reddam: „P (so) abweichend vom sonstigen Þ, doch kaum was anders als P, Γ sicher nicht, auch kein I, da der Bogen kein zufälliger Ritz". Contendit igitur p. 139 in hoc titulo barbarum atque inauditum nomen affinitatis ῥανάτηρ usurpari. At rectissime ei oblocutus est Rudolfus Herzog (*Koische Forschungen* p. 184) qui ἰανάτερα legendum esse intellexit. Lapicidane an Buresch erraverit, diiudicare iam non licet, quoniam vir doctissimus ectyporum chartaceorum usum sprevit. Ἰανάτηρ idem est atque ἐνάτηρ cuius formae duo adhuc exempla in huius regionis titulis exstant, alterum nuper edidit Munro[2]) JHSt. XXI p. 233, alterum protulit Buresch p. 147 vide infra No. 32; Buresch ad Ioannem Tzetzem nos relegit Andromachae εἰνατέρων εὐπέπλων (Z 378, 383) immemor. Genuinam formam Graecam ἐνάτηρ esse metrica productione in εἰνάτηρ quodammodo depravatam Guilelmus Schulze in quaestionibus epicis p. 158 contendit, id quod titulis illis comprobatur. Cave autem ne ἰανάτηρ formam corruptam esse

1) occurrunt δαήρ, ἑκυρός, ἐνάτηρ, νυός, πενθερός, πενθερίδης, πρόγονος (cf. Poll. III, 26).

2) Parum recte citat Munro titulum quendam Latinum in urbe inventum Orelli JLS 4943 = CJL VI 26594, in quo ENATER manifesto lapicidae errore pro FRATER scriptum est; correxit Huelsen.

existimes, optime enim congruit cum sanskr. yatar-, lat. janitrices, sl. jętry, lit. jéntė.[1])

Secundum Pollucem III 22 mulieres duobus fratribus nuptae εἰνάτερες sunt, id quod Homeri usui respondet, in titulo nostro Attinas et Parmeniscus uxorum sororem, in No. 32 Olympianus fratris uxorem ἐνάτερα vocant.

22) Stela marmorea ibidem in schola Graeca servata, in fastigio leniter curvato arboris imago sculpta est; litterae rudes.

Ἔτους σπ' μη(νὸς) Αὐδν-
αίου ι' ἐτείμησεν
speculum. corona. pecten.
Ἀρρειανὸς / . . . .
τὴν αἰαυτοῦ(!) [γυναῖκα.

l. 1. Annus 280 = 196 p. Chr. n.

23) Stela marmorea aëtomate ornata in vico *Tutludscha* exscripta, cf. Buresch p. 139; litterae rudes.

Ἔτους σλθ' μη(νὸς) Δίου
τρίτη ἐτίμησαν
corona
Μόσχιν [Μη]τροφάν[ης
τὸν υἱόν, Ἄλυπος τὸν
ἀδελφόν, Μελίη τὸν ἀδ-
ελφόν, Παπίας ὁ γανβρ-
ὸς καὶ οἱ συνγενῖς.

l. 1. Annus 239 = 155 p. Chr. n.

l. 3. Μόσχιν pro Μόσχιον scriptum, cf. quae collegit Buresch p. 53 et 73.

24) Stela marmorea magna ibidem servata.

Ἔτους σνϛ' μηνὶ Πανήμου(!)
ὀγδόῃ
corona
ἐτείμησαν Ἀπολλώνιος Ἀσ-
κλᾶν τὸν πατέραν(!), Τάτας τὸν
ἑαυτῆς ἄνδρα, καὶ Τάτας ἐποί-
ησεν ἑαυτῇ ζ[ῶσ]α μνήμης
χάριν, Ἀσκλᾶς τὸν πάππον, Ἀμ-

1) cf. *Brugmann, Lautlehre*[2] § 457,3.

μιον τὸν ὑκερόν(!), ...
τὸν ἀδελφόν, Ἄμμιον τὸν
δαέρα, Ἀσκλᾶς (vacare videtur)
Ἀγαθόπους . . . .

l. 1. Annus 256 = 172 p. Chr. n.

l. 8. Noli putare ὑκερὸν lapicidae incuria pro ἐκυρὸν scriptum esse, eadem forma occurrit in titulo Gordeno, quem edidit Wagener l. l. No. IX, tab. D., revisit Buresch.

25) Stela marmorea prope vicum *Malas* effossa, ornata aëtomate, infra quod calathus, corona, speculum sculpta sunt.

Ἔτους ρξγʹ μη(νὸς) Δίου Ἀλέξαν-
δρος Μάρκου ἐτείμησεν
τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Ἀμμίαν
θυγατέρα Παπίου, ἐτείμη-
σεν Μᾶρκο(!) γαμβρὸς τὴν πε-
νθεράν, Ἀφφιάς ἡ θυγάτηρ
τὴν μητέρα, οἱ ὑοὶ τὴν μητέρα
Μᾶρκος, Παπίας, Ἀλέξανδ-
ρος, Τρύφων, Μηνογένης
ὁ γαμβρός, θυγάτηρ Ἀμμι[άς,
οἱ ἀδελφοὶ Ἀκρότας, Ἀλέξα-
νδρος, Παπίας, Ἀπολλώνι-
ος, Εὐφροσύνη σύντρο-
φος.

l. 1. Annus 163 = 79 p. Chr. n.

l. 3. Litterae O inscripta est Y.

l. 10. ex. Post litteram α, cuius prior hasta exstat, in apographo unius litterae spatium indicatur. Ammiae liberi sex, quattuor filii, duae filiae supervixerunt; primis p. Chr. n. saeculis in Bithynia, Phrygia, Lydia matrimonia multo fertiliora erant quam in Graecia vel in Italia (cf. *Athen. Mittheil.* XXIV, 421).

26) Stela marmorea in vico *Salyr* fontis muro immissa, exornata erat cenae sepulcralis imagine, quae media fracta est.

Μέ]νανδρος Μητροφάνου Μη[τρο-
δ]ώραν τὴν ἑαυτοῦ μητέρα καὶ Μη[τρο-
δ]ώραν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα γυνα[ῖ
κα Πυθ]οκλέους. χαίρετε.

27) Basis marmorea a superiore parte fracta in oppido *Simaw* in aedibus *Mustapha-tschausch Axarli* conservata; litterae elegantes.

[Αὐτοκράτορα Καίσαρα
θεοῦ Ἀδριανοῦ υἱὸν]
θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθι-
κοῦ υἱωνὸν θεοῦ Νέρουα
ἔκγονον Τ. Αἴλιον θεὸν
Ἀδριανὸν Ἀντωνῖνον
Σεβαστὸν — ἡ βουλὴ
καὶ ὁ δῆμος· ἐπιμελη-
θέντος τῆς ἀναστά-
σεως Μενάνδρου Ἀσκλη-
πιάδου τοῦ Μενεκλέ-
ους ἄρχοντος πρώτου
τὸ γ̅

l. 6. Deest cognomen Pii, quod raro in inscriptionibus Latinis saepius in Graecis omitti testatur Rohden (*Pauly-Wissowa, Realencyclopaedie* II, 2498).

l. 7. Posita est statua a Synaitarum civitate, cuius locum oppidum *Simaw* occupat (cf. Buresch p. 142).

28) Basis marmorea mutila et valde detrita in vico *Einel* servata; edd. Le Bas-Waddington No. 1005, CIG 3847 o.

ἀρχ]ιέρεια[ν] ναῶ[ν
τῶν ἐν Ἐ[φέ]σω τ[ὴν
φιλόπατριν

l. 1. ΑΜΙΕΡΕΙΑΝΝΑΟ. Le Bas.

l. 2. ΤΩΝΕΝ¯Ν . Ε̣ . . ΣΩΤ Buresch ΤΩΝ.Ε⌒.ΣΩΤ Le Bas. Litteram ν post ενε per errorem a Bureschio iteratam esse probabile est, ἐν Ἐφέσῳ quod B. dubitanter proposuit, pro certo habeo.

29) Basis marmorea magna in vico *Bahtyly* servata, a superiore parte mutila, cf. quae B. p. 144 disputavit.

Τιβέρι]ον Κ[λ]αύδιο[ν Κ]αίσαρα
Σ]εβαστὸν Γερμανικὸν αὐ-
τοκράτορα
Διόδωρος Κλεάνδρο[υ ἱερα-
τεύ[σ]ας καὶ ἀγορανομήσ]α[ς
ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.

l. 1. in. Τιβέριον recte B. supplevit, quamquam in apographo spatium angustum est; nam nominum consecutione prohibemur, quominus Δροῦσ]ον suppleamus.

l. 4. ex. O\ .EI exhibet Bureschi apographon, quae vestigia multo melius ad ἱερατεύσας quadrant quam ad λογιστεύσας quod ille proposuit p. 144.

30) Fragmentum magnae stelae marmoreae aëtomate et acroteriis ornatae, quod ibidem muris aedium privatarum immissum est, dexter margo trabe lignea obtectus; litterae summa elegantia insignes.

Ροῦφος Ἀσκληπι[άδου
Μελιτίνη Ἀπολλω[νίου

31) Lapis marmoreus satis male elaboratus ibidem exscriptus.

Ἀγαθοτύχη
τῷ ἀνδρεὶ καὶ
τ]ὰ τέκνα Ἀγα-
θόπους καὶ
Εὔπιστις τῷ
π[ατρὶ] . . . ρο
. . . .

l. 6. Bureschi apographon exhibet sic: ⊓ PO.
Titulum Aurelii Hieroclis archiatri, cuius mentionem fecit Buresch p. 145, Munro JHSt XVII, 286 No. 54 ita edidit, ut repetitione supersedeam, notandum tamen in Bureschi apographo l. 4 B exstare correctum ex E.

32) Stela marmorea in vico *Djüküler* prope lacum Synaïticum exscripta; addit Buresch in diario „angeblich aus Jemischlü“ idem p. 147 lapidem vico *Jemischlü* tribuit. Edidit Munro JHSt XVII, 285 No. 51. Stela aëtomate ornata est, infra quod legitur tituli pars prior, lapidis inferior pars bipartita est, in sinistra insunt rosaceus sertis saeptus, speculum, calathus, urceus, in dextra pyxis et parva stela, in qua tituli pars altera inscripta est.

Ὀλ]υμπιανὸς Ἀλεξάνδρῳ ἀδε[λφῷ
κὲ Σαβειανῇ ἐνάτρι μνείας χάριν

κὲ Μαρκι-
ανῷ α-

δελφοῦ ὑ-
ιῷ μν-
είαν

l. 2 in. Κ Buresch Κ- Munro. De nomine ἐνάτηρ supra p. 18 sq. egi. Munro litteris maiusculis ΕΝΑΤΡΙ, minusculis [θυγ]ατρὶ scripsit; itaque factum est ut tituli ab ipso editi plane oblivisceretur, cum quattuor annis post de nomine ἐνάτηρ dissereret, cf. supra p. 17.

33) Stela marmorea aëtomate ornata, exscripta in vico, quem *Ascha* vocat Buresch p. 146; at Kiepert ibidem suo iure contendit *Ascha*, quod sonat „infra“ vel „inferior“, plenum nomen non esse. Litterae elegantes.

Διογένης κὲ Μη-
τρόδωρος κὲ Ἀ-
πολλεινάρις
Πρεσβύτῃ πα-
τρὶ μνείαν
coronae duae

l. 1. Litterae Ν Η et Μ Η ligatae sunt.

34) Lapis quadratus satis rudis in vico *Jemischlii* servatus, cuius angulo dextro litteris magnis et incomptis inscriptum est:

Ἀγαθό-
πους
ἐποίει

Cf. quae de vico *Jemischlii* adnotavit Buresch p. 146 sq.

35) Basis marmorea ibidem servata, a dextro latere mutila.

Τατία κὲ . . . .
ης Διογέ[νει
τέκνῳ μνίαν
corona

l. 2. Litterae Ν prior hasta exstat.

36) Stela ibidem aedium privatarum muris immissa.

serta
Τελεσφορὶς
Ἐλφιδηφόρῳ (!)
ἀνδρὶ μνίας
χάριν.

37) Basis marmorea ibidem muris immissa; multae litterae ligatae.

Γάιος κὲ Νεί-
κ]ανδρος
Νε]ικάνδρω
πατρί

38) Ibidem in coemeterio stela marmorea aëtomate exornata, in quo insunt folia, rosaceus, speculum; margo dexter fractus est.

Αἰλιανὸς Ζω-
τικῶι πάππω
Αἰλιανῆ μητ[ρὶ
μνεία[ς
coronae duae

l. 4. ex. Litterae Σ angulus superior extat, χάριν non erat additum cf. No. 45.

39) Stela marmorea parva, aëtomate ornata in eodem coemeterio exscripta.

Διογενὶς
κὲ Μένανδρ-
ος Ἐλπιδι-
ανῶ υἱῶ.

40) Basis marmorea ibidem scalis aedium privatarum inaedificata.

Διότει[μ]ος β' Νιάτη συμ-
(β)ίω μν[ή]μην.

l. 1. Νιάτη certum esse testatur B.
l. 2. in. ΥΙΩ exhibet apographon, ΒΙΩ dubitanter correxit Buresch.

41) Basis marmorea parva in vico *Hassanlar* exscripta, vide quae de eius loci nomine antiquo Buresch p. 148 sqq. disputavit.

ἔ(τους) σνβ' Αὐξί-
μης(?) Μενε-
μάχω πατρὶ ἀνέσ-
τησε μνήμη[ς
χάριν
corona

l. 1. Annus 252 aerae provincialis = 168 p. Chr. n.

l. 3. II non plane certam titulumque difficillimum lectu esse Buresch testatur, qua de causa nomen inauditum Αὐξίμης mihi suspectum est.

Alterum titulum ibidem a Bureschio exscriptum (p. 152 n.) ante eum ediderat Munro JHSt XVII, 283, qui illum vicum *Assarlar* vocat. Editor Anglus existimavit Quintianam ipsius filium Hecatae et Meni, Paeanis filio, sacrasse, rectius Buresch de statua Aesculapi a Quintiana pro liberorum salute Hecatae et Meni oblata cogitavit; scripsit enim poeta, qui dialectum doricam affectat (τᾶ, Ἑκάτα, Μανί), τῶ pro τοῦ Παιᾶνος.

42) In vico *Jenidjekjöi* fonti privato magna stela marmorea inaedificata est geminarum portarum imaginem exhibens; utraque porta arcu et superposito fastigio exornata est, insunt autem in arcu sinistro avis, in dextro calathus fructibus(?) plenus, titulus arcubus superscriptus est.

sin.
Μηνόφιλος Μηνοφίλω πατρὶ ζῶντι
dex.
καὶ Ἀφφία μητρὶ μνήμης χάριν

Has portas sepulcrales artissime cohaerere cum Phrygum religione ac cultu recte Buresch p. 149 observavit, erravit, ni fallor, in anaglypho describendo, nam calathi, qui saepissime occurrunt in his monumentis semper lana, non fructibus, referti sunt (*cf. Noack, Ath. Mitth.* XIX p. 321); avem qui in altero arcu sedet Iovis Tonantis aquilam esse, vix est quod moneam (*cf. Ath. Mitth.* XXV p. 416 sqq. No. 26, 28, 29, 31, 48).

43) Basis in vico *Eïdekjöi* in aula templi servata; edd. *Le Bas-Waddington* No. 1030, CJG 3847f.

Ἀπολλοφάνης κὲ οἱ
(οἱ) γο[ν]εῖς(?) υἱῶ Θεοφ[ί-
λω μνήμης χά-
ριν
corona

Ἀπολλοφάνης Κό[σμ]ο[υ τῷ τ]έ[κν]ῳ Θεο[τ]ίμῳ supplevit Waddington. Articulum οἱ ante γονεῖς lapicidae incuria iteratum esse existimo, nisi in litteris traditis nomen matris Theophili in -(ε)ις exiens latet.

44) Basis marmorea (1,38 m alt.) in vico *Kyrgyl* in aula templi servata; edidit Buresch p. 152 minus accurate.

Μ. Οὔλπιος
. . . . ρος
Λ . . . . τατι
αγ Ἀγκυρα-
νὸ[ς] κὲ Αἰζε-
ανί[τ]ης βο-
υλευτὴς
Μά[ρ](κοις) Οὐλπ-
ίοις Ἑρμο-
γενιανῷ
ἱππικῷ Ρω-
μαίων κὲ
Γρατιλλι-
ανῷ τέκ-
νοις γλυκυτά-
τοις μνήμης χάριν.

l. 4. Secundo loco Γ paene certam esse, tertio vestigia litterae Α, quarto superiorem partem litterae Γ exstare Buresch testatur. At prior γ nullo modo tolerari potest, quid lateat in litteris traditis equidem nescio.

Ancyranos et Aezanites confines fuisse ex eo, quod M. Ulpius utriusque civitatis βουλευτὴς est, non recte Buresch conclusit, habemus enim Dorylaei senatorem Dorylaënsem et Nicaeensem (*Gött. gel. Anz.* 1897 p. 412 No. 64, cf. *Lévy*, *Rev. des ét. gr.* VIII, 220). Vicum Kyrgyl locum Aliae pagi veteris tenere Buresch p. 152 sqq. monuit.

45) Porta sepulcralis ibidem in vestibulo templi servata, in portae arcu speculum, calathus, pecten insunt; edidit ex apographo Callieri Salomon Reinach *Rev. des ét. gr.* III 1890 p. 53 No. 3.

Θεόφιλος Τατία τῇ
θρεπτῇ μνήμης

l. 1. . . . Τατιανῇ Reinach.

l. 2. Μν]ήμης [χάριν Reinach, at χάριν non erat in lapide cf. No. 38 et 65.

46) Basis marmorea ibidem in templo servata.

[ὁ δεῖνα] ὑπὲρ
τῶν τέκνων
θεῷ ὑψίστῳ
εὐχήν
corona

Inscriptionis initium deesse manifestum est, etsi Buresch lacunam non indicat. De θεοῦ ὑψίστου cultu egerunt Ramsay (*Cities and Bishoprics* p. 33, 388, 652) et Cumont (*Revue de l'instruction publique en Belgique, Tome XL 1897, Supplément).*

47) Lapis marmoreus ibidem templi muris immissus.

Αὐρ. Ἑρμῆς Ἀπο(λ-)
λωνίδῃ πατρὶ
κὲ Ἀγαθόπους Μη-
νίου πάππῳ μνή-
μης χάριν
uva in corona

l. 1. ex. ΑΠΟΑ ap.

48) Baseos fragmentum in oppido *Gediz* (i. e. Κάδοι) aedium privatarum limini immissum, a sinistro latere fractum; vide quae de oppidi Cadorum situ ac ruinis Buresch p. 156 sq. disputavit. Satis multae litterae ligatae sunt.

Ὁ] δῆμος
ἐτίμησεν Ἀσκλ]ηπιάδην Ἀρίσ[τ]ωνος ἄ-
νδρα καλὸν καὶ σ]πουδαῖον ὄντα περὶ
τὴν πατρίδα, ε]ὐεργέτ(η)ν καθένα καὶ κο[ι-
νῇ πάντων τῶν π]ολειτῶν, ἔν τε ἀρχαῖς καὶ
λειτουργίαις] πάσαις κοσμίω[ς καὶ φ]ιλο-
τείμως ἀνασ]τραφέντα, πρεσβεύσα-
ντα τρὶς(?) παρὰ] τοὺς αὐτοκράτορας.

Totus fere titulus restitui potest, quoniam lineis 1, 6, 7 deesse 10—12 litteras facile cognoscitur.

l. 1. Vox δῆμος ita in lapide collocata est, ut ante eam ἡ βουλὴ καὶ non possit suppleri.

l. 4. ΓΕΤΩΝ apographon exhibet; εὐεργέτην scripsi, quia neque genitivus pluralis nominis εὐεργέτης neque nominativus singularis participii εὐεργετῶν ad verborum structuram quadrat.

l. 4. ex. Post κο nullam litteram in lapide fuisse Buresch

existimavit, qui κο|[ινῶς in diario supplevit, sed diphthongum οι in duas lineas distributam esse non credo.

49) Ibidem in aedibus privatis septem magnas trabes marmoreas vidit Buresch (cf. p. 157), quarum uni magnis litteris inscriptum erat

— ων δηνάρια πε'

Sitne lapis a dextro latere incolumis necne, Buresch non adnotat.

50) Ibidem in via Buresch sarcophagum in fontis lacum adaptatum (cf. p. 157) vidit; litterae non inelegantes sed tertio p. Chr. n. saeculo exeunte vix vetustiores.

Αὐρ. Λουκιανὴ Λουκίου, ματρῶνα
στολᾶτα Αὐρ. 'Αντιόχω κρ(ατίστω) πρει-
μοπειλαρίω τῶ γλυκυτάτω ἀν-
δρὶ κὲ ἑαυτῆ τὴν σορὸν κατεσκεύ-
ασεν· (folium) εἴ τις δὲ βουληθῆ ἕτερος
ἐνβληθῆναι, δώσει τῶ ἱερωτάτω τα-
μείω λαμπροῦ διχαράκτου ✕ μύ(ρια) πέντε
folium folium

l. 1. Dignitas matronae stolatae, qua Aurelia Luciana gloriatur, in inscriptionibus Graecis, quantum scio, nondum inventa est, saepius in Latinis feminae stolata eoccurrunt (CJL III 5225, 5283, 5293, 6155, 8754). Lege Julia de maritandis ordinibus stolam honorificam eis matronis tributam esse, quae ius trium liberorum assequerentur, Huebner (*Comment. in hon. Theod. Mommseni* p. 104 sq.) nisus Propertii versibus docuit his[1]): V, 11, 61 sq.

‚Et tamen emerui generosos vestis honores,
Nec mea de sterili facta rapina domo.'

l. 2. KP κράτιστον esse perspexit Seeck. Titulo viri egregii, sic enim vertendum est κράτιστος *(cf. Otto Hirschfeld, Sitzungsberichte der Berl. Ak. 1901 p. 586)*, significatur Aurelium Antiochum in ordinem equestrem receptum esse, id quod primipilaribus haud raro contigit *(Marquardt, Röm. Staatsverw. II² 377)*. Sed Seeck *(Geschichte des Untergangs der antiken Welt II 95)* inde a Diocletiani aetate centurionatum paulatim in munus civile abiise docuit, ita ut primipili summum inter officia locum obtinerent.[2])

1) Ius stolae omnibus matribus concessum esse suspicatus est Joers *(Ehegesetze des Augustus p. 42)*, vix recte.

2) Ita fit, ut ordo primipilarius cum senatoria dignitate componatur Cod. Theod. XIII, 5, 14.

Inde quod nomen legionis non additum est, fortasse concludendum, Antiochum non in castris sed in scriniis primipilum factum esse.

l. 7. Cur Luciana praescripserit, ut nummis splendidis bis signatis poena solvatur, difficile est intellectu. Illis temporibus non raro denarios, iam cupreos potius quam argenteos, bis signatos esse satis constat, eos in aceto recoctos fallacem argenti splendorem recuperasse probabile est (cf. *Seeck* p. 211), sed cur homo sanus tales nummos ceteris praetulerit non liquet. Rem obscuram Otto Seeck, qua est sagacitate, illustrare conatus est hunc in modum: In moneta publica folles ternis milibus centenis vicenis quinis denariis novis impletos et forma publica signatos esse censet, quos nummos splendidos bis signatos vocari posse, infuisse enim alterum signum in singulis denariis, alterum in follibus. Cui opinioni admodum favet, quod 50000 denarii 12 folles aequant. Voluit igitur Luciana, si Seeckium sequimur, fisco 12 folles ab eo pendi, qui in sepulcrum invasurus esset.

51) Ibidem in taberna, quae vocatur *Szakaly-chany*, Buresch anaglyphum marmoreum vidit Aezanis (*Tschavdyrhissar*) eo devectum. In aedicula duobus columnis ornata vir togatus astat, in arcu superposito caput bovis et duo leones insunt. Supra columnarum capitella scriptum est

sin.	dex.
Ἀντί-	τῶ ζῶ-
πας	ς μνή-
ἑαυ-	μης χάρ-
	ιν

ζῶς saepius pro ζῶν in huius regionis titulis scribi monet Buresch (cf. *Le Bas* 817, 822).

52) Ara marmorea parva in vico *Kaleh* servata (cf. Buresch p. 160).

. . . νος
Ἀλεξάνδρο[υ
μετὰ τῶν υἱῶν
Ἀλεξάνδρου
καὶ Γαΐου Διὶ
Γαλακτίῳ
ἀνέστησε

l. 1. Ante ος vestigia litterae ν agnoscere sibi visus est Buresch.

l. 5. Iovis cognomen Buresch deduxit a pagi nomine, quod Γαλάκτιον fuisse finxit, eumque secutus Henricus Kiepert in tabulam Bureschi libro adiectam dubitanter rettulit vicum Galaction. At erraverunt viri doctissimi. Quamquam et Iovis cognomina saepius a civitatum nominibus derivantur, velut Iupiter Dolichenus, Labrandenus, Digindenus (*Aus Lydien* p. 125 sq. et 181), et Γαλάκτιος a Γαλάκτιον deduci posse Buresch multis exemplis probavit, tamen Iovem nostrum a lacte, non a pago, nomen accepisse certis argumentis evincitur. Edidit enim Ramsay in libro doctrinae pleno *Historical geography of Asia Minor* p. 235 inscriptionem quam in vico quodam Phrygio exscripsit: Ἐτσυηνοὶ Δι[ὶ] Γαλακτίνῳ κατὰ ἐπιταγὴν [Ἀ]πόλλωνος ὑ[πὲρ] καρπῶν εὐχήν, et eundem deum in altero titulo ibidem effosso Δία Μέγιστον Καρποδότην Σωτῆρα Ὀλύμπιον vocari recte monuit. Erat autem Γαλάκτιος vel Γαλάκτινος, si quid video, idem fere deus ac Thebanorum Γαλάξιος, cuius adventum Pindarus versibus pulcherrimis celebravit (fr. 104 [b] Schr., cf. quae disputavit Wilamowitz Herm. XXXIV, 224). Deum agrestem vetustissimum Thebis cum Apolline, in Asia cum Iove coaluisse non est quod miremur.

53) Fragmen stelae undique fractum, ibidem servatum; stela adulescentis (?) imagine ornata erat, cuius caput pectusque perierunt.

col. A.		col. B.
Ἀμ]μι-		Α _ . .
άς Φλ-	figura	δης ||αε
αβιανῷ	humana	ριδος γέ-
τέκνῳ		νος ασι
μνήμης		πιδονιϲ
χάριν		τονεων

col. C.

εἰκ]όνος (?) ἀντίτυπον καθορ[ᾶτε
φίλ]οι παροδεῖται, στῆθ' επο . .
. . γ]όοις καὶ ἀνάγνοθι (!) κυμογ . .
. . . ς, ἥ ῥ' ἐλόχευσε καὶ εἰς στ . .
. . . ν ἔθρεψεν Φλαβιανὸς κ . .
. . ἥρ]πασε Μοῖρα ἀπὸ μητρὸ[ς
. . . . -ααδ . . . κα . . .

Carmen, quod invitis Musis homo semibarbarus pangere conatus est, restituere equidem non possum; centonem esse undique conquisitum apparet.

54) Stela marmorea in vico *Aktasch* effossa, in oppido *Uschak* in Constantini et Helenae ecclesiae ruinis servata. In aedicula astat virgo velata, quae dextra fusum columque ad sinum admovet, aediculae pilae sinistrae speculum et ampulla, dextrae vitis insculpta sunt.

Ὀνησίμης (!)
ἰδία θυγα-
τρὶ Ἀμμία
μνήμης
χάριν.
<ε>ἴ τις δὲ ἁμαρτήσει εἰς τὴν ἰκόνα [ταύ-
την, ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἀν[αθε-
μᾶς τ[οῦ
ζῶν[τος
θυο[ῦ!

l. 1. Ὀνησίμης pro Ὀνησίμη scriptum est, ut Ἀσκληπιοδώρας (*Le Bas Waddington* 1017), Μητροδώρας (ibidem 1028).

l. 7. ἀναθεμᾶς exstat, ni fallor, in titulo Christiano Anazarbis effosso CIG 9155; non plane idem est atque ἀνάθεμα, sed ab hoc nomine deductum, linguam graecam medii et nostri aevi has formas in -ᾶς exeuntes valde adamare satis constat (cf. *Hatzidakis, Neugriechische Grammatik p. 182 sq.)*

Onesimam fidem Christianam professam esse e dei viventis invocatione cognoscitur (cf. *Ramsay, Cities and Bishoprics of Phrygia II* p. 529 sqq. No. 374, 378, 388, 394).

55) Parva porta sepulcralis ibidem servata, in qua insunt fusus, colus, capsula.

Διογᾶς ἐβίσκο-
πος (!) Ἀμμίω πρεσ-
βυτέρα μνήμης
χάριν

l. 1. Διογᾶς hypocoristicon pro Διογένης esse puto, velut Ἀσκλᾶς pro Ἀσκληπιάδης, Ἡρᾶς pro Ἡρώδης.

Episcopus ille christianus forma monumenti uti non dubitavit, quam e vetere paganorum religione natam esse supra p. 26 monui, cf. No. 61.

56) Ibidem Buresch magnum architravi fragmentum muro templi, quod vocatur *Kurschunu-dschami*, immissum vidit; litterae permagnae.

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Ἀντωνίνω]ι Σεβαστῶι Εὐσεβεῖ κ[αὶ
Quae supplevi non certa sunt.

57) Ibidem servatur stela marmorea votiva, exornata aëtomate et anaglyphis, quae secundum Bureschium hunc in modum distributa sunt:

In aëtomate.

Iuvenis alatus cervo(?) insistens.	Eques, iuxta quem aquila sedet.	Victoria dextro pede globo insistens; infra eam delphinus.

In stela ipsa:

Mercurius caduceum tenens, iuxta eum rosaceus.	Mater magna calatho ornata, sinistra tenens tympanum(?), dextra pateram, e qua bibere videtur serpens a sinistro deae umero descendens.	Vir palliatus, iuxta eum rosaceus.
Leo.		Leo.

In stela supra anaglyphum legitur:

Αγα]θῆ τύχῃ· Ἀπποῦς Ὀκ . . νης ἔ-
στησε] Μητρὶ θεῶν Κασ[α]ρμεινῇ
τὴν στήλη]ν(?) εὐξάμενος ὑπὲρ τῶν ἰδί-
ων.] Γάιος λάτυπος.

l. 1. ex. Litteras κ et ν incertas esse, duas litteras inter eas(?) evanuisse Buresch adnotat.

l. 2. Cognomen deae a civitatis nomine deductum certo restitui non potest; litteras Κασ- et μεινη Buresch, pro certis habet in lacuna duas litteras fuisse censet, quarum alteram ρ vel γ vel τ esse. Κασαρμεινῇ deducendum a Κάσαρμα B. probabiliter coniecit, similia nomina Asiana sunt Halasarna, Hyllarima.

l. 3. in. IN ap., τὴν στήλην proposui, quamquam spatium vix sufficit.

l. 4. in. Ante Γ Buresch incerta vestigia litterae α adnotat, quae si in lapide fuerunt, scribendum est ἔτευξ]α κτέ. Valde dolendum quod Buresch stelam neque delineavit, neque arte photographica depinxit, neque ectypo chartaceo expressit.

58) Stela marmorea in vico *Gjaur-ören* exscripta.

Λαυδίκη Δαμᾶ
ἀδελφῶ μνήμ[ης

χάριν· ζήσας ἔτ[η . . ἐ-
τελεύτα ἔτ[ους . . .
μη(νὸς) Δύστρου . . . .

59) Ibidem vidit Buresch duo fragmenta marmorea undique fracta in agro prope vicum effossa, nunc muro fontis immissa, quorum alterum p. 169 edidit.

a.

Ἀγαθῇ [τύχῃ
ἡ βουλὴ [καὶ ὁ δῆμος
ὁ Τραϊαν[οπολειτῶν
ἐτείμησ[αν Ἀσκληπι-
άδην Λο[. . . . τὸν
φιλόσοφ[ον

b.

τηνεπιι
ποστουν
τησαν

Utrumque fragmentum eiusdem baseos esse suspicatur Buresch; quod si verum est, alterum hunc fere in modum supplendum erit:

[τὸν εὐεργέ-
την· Ἐπι[κράτους Πέλο-
πος τοῦ Ν[. . . . .
τῆς ἀν[αστάσεως ἐπι-
[μεληθέντος]

60) Basis marmorea magna in vico *Ortakjöi* fontis muro immissa.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
Τραϊανοπολειτῶν
α[ὐ]τ[ο]κράτ[ορα Καίσαρα
[Γ. Οὐίβιον Γάλλον]
Σεβασ]τὸν γῆς καὶ θαλά[σ-
σης δεσπότην·
τῆς ἀναστάσεως
ἐπιμεληθέντων
Μενάνδρου Κελέρο[υ
καὶ Φιλίππου Εὐόδου
καὶ Αἰλιανοῦ Οὐαλερίου
ἀρχόντων καὶ τοῦ γραμ-
ματέως Γαΐου Ὀνησίμου,
λογιστεύοντος Φλ(αβίου)
Πρείσκου· ἔτους σπβ'

Buresch, qui huius tituli mentionem fecit p. 169, basim a Traianopolitanorum civitate anno p. Chr. n. 197 Imperatori Commodo

dedicatum esse contendit, non recte. Bureschi apographon nomina imperatoris consulto erasa esse indicat, ita tamen ut l. 3 vestigia tituli αὐτοκράτορα in rasura supersint. Quis est ille imperator cuius memoria damnata est? M. Aurelius Commodus certe non est; illum enim pridie calendas Ianuarias anni 193 interfectum, anno 197 a Septimio Severo consecratum esse constat. Post consecrationem statuae eversae restitutae novaeque Divo Commodo fratri imp. Caes. L. Septimii Severi Pii Pertinacis Aug. sacratae sunt (cf. quae adnotavit de Rohden in encyclopaedia Pauly-Wissowae II 2479). Basis nostra secundum aeram provincialem, quam Hadriani et Marci temporibus Traianopoli valuisse inscriptiones docent,[1]) anno p. Chr. n. 197/8 dedicata esset, quo tempore Commodus iam non imperator sed Divus nominabatur. Est igitur titulus, si modo recte eum anno 197/8 tribuimus, in honorem imperatoris L. Septimii Severi positus. At neque memoria Septimii Severi umquam damnata est, quippe cui filii succederent, neque contra eum post Albinum mense Februario anni 197 in Gallia devictum usurpator quisquam surrexit, qui statuas everteret, nomen eraderet. Quae cum ita sint, facere non possumus, quin alii aerae annum 282 tribuamus. Altera autem aera, quam praeter provincialem in his Asiae regionibus valuisse constat, Actiaca est, de qua Buresch p. 20 sqq. doctissime egit. Quam si sequimur, basis anno p. Chr. n. 251/2 regnante C. Vibio Treboniano Gallo posita est, cuius nomina erasa sunt in titulo Ostiensi CIL XIV 42. Non dubitavi igitur C. Vibii Galli nomen in linea quarta restituere. Restat sane scrupulus, quod Hadriani et Marci temporibus Traianopolitani aera provinciali usi sunt, sed isti Graeculi in omnibus inconstantissimi erant. Aut Bureschi apographo fides deroganda, aut aerae Actiacae usus agnoscendus est, tertium non datur.

61) Porta sepulcralis in vico *Tscharyk-kjöi* fontis muro immissa.

Θεοδώρου (folium)
Χρειστιανοῦ
μνήμης χάριν

cf. quae adnotavi ad No. 55.

62) Ibidem templi muris magna basis immissa est; edd. Hamilton *Researches in Asia Minor* II No. 23, et CIG. 3865e, cf. quae adnotavit Buresch p. 169.

[1]) JHSt. VIII p. 518 No. 118 et infra No. 62.

Ἀγαθῇ τύχῃ
αὐτοκράτορα Καίσαρα
Μ. Αὐρήλιον Ἀντωνῖνον
Σεβαστόν, Ἀρμενιακόν,
Παρθικόν, αὐτοκράτορα
Καίσαρα Λούκιον Αὐρήλιον
Οὐῆρον Σεβαστόν, Ἀρμε-
νιακὸν κὲ Μηδικὸν (folium)
ἡ πόλις
ἐπὶ Ἱεροκλέους Ἀρχετεί-
μου ἄρχοντος τὸ β′ κὲ Ἀρτέ-
μωνος Ἑρμογένους κὲ Φιλάνθου Τρύ-
φωνος κὲ γραμματέος(!)
Διον[υσίου . . . . .
ἐπιμεληθέντος Νεικο-
μάχου β′. ἔτους σνα′
μηνὸς ιβ′ ΓΑ
Γ

l. 11. in. μον Ham., ex. καρτε Ham.

l. 12. Nomen Hermogenis, Artemonis patris, postea supra lineam additum in Hamiltonis apographo lineam separatam explet Ἀρτέ — et μωνος dirimens.

l. 14. Διοτ . . . Ham.

l. 15. ex. τοςεικ . . . . . Ham.

l. 16. in. μα . . θυ . . Ham.

l. 17. μηνὸς ι.β. γα Ham., quod Franz non bene solvit in
γ
μηνὸς [Ὑπερ]β[ερετ]α[ίου]γ̄. Quamquam casu accidit, ut mensis duodecimus Hyperberetaeus sit, cuius nomen Franz titulo inculcavit. Quid sibi velint litterae postremae ΓΑ, equidem nescio; desideratur
Γ
numerus diei.

Cum imperatores Marcus et Lucius cognomina Parthici et Medici aestate anni 166 acceperint et initio anni 169 Lucius Verus mortuus sit, annum 251 secundum aeram provincialem computatum esse luce clarius est; est igitur titulus anno 166/7 positus. Civitatem, cuius nomen omittitur, Traianopolim esse recte Buresch p. 169 monuit.

63) Fragmenta marmorea duo in vico *Tatar-kjöi* exscripta, effossa in silva vicina; alterum edidit Anderson JHSt XVII 417, No. 19, cf. quae disputavit Buresch p. 172.

a.	b.
† Ἐγὸ Ἠοάνης ὐκοδομήσας τὸ ναὸν	τοῦτον
κὲ δῆδο τὸν κὲ τὸ χοράφιν τὸ λακ	νο ἔχον
ἀναλῦσε τὸν λόγο μου ἦνα το	παρῆ
τὴν ἐκλησήαν ἧς τὴν ἡμέραν	κηνη
ἦνα ἔχη τὴν δήκην μετὰ τ	ν Πρό-
δρομον †	

l. 2. χοραφην Anderson, qui delineando formas litterarum accuratissime imitatus est.

Inscriptio quae mendis grammaticis et orthographicis scatet, si quidem normam antiquam adhibemus, difficillima est intellectu, in ea interpretanda adiuverunt me viri doctissimi Theodorus Preger, Carolus Dieterich, Ludovicus Bürchner Monacenses, qui tamen inter se non plane consentiunt. Liceat vertere inscriptionem e sermone Romaïco in Graecum:

Ἐγὼ Ἰωάννης οἰκοδομήσας τὸν ναὸν τοῦτον
(καὶ) δίδωμι αὐτῷ καὶ τὸ χωράφιον τὸ λάχ[α]νον ἔχον
<πρὸς τὸ> ἀναλῦσαι τὸν λόγον μου, ἵνα το[ῦτο] παρῇ
τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς τὴν ἡμέραν . . . . ἐκείνην,
ἵνα ἔχῃ τὴν δίκην μετὰ τ[οῦ ἁγίου(?) Προ-
δρόμου.

„Ego Joannes aedificavi hoc templum et dono ei fundum quoque olitorium votum solvens, ut maneat illud ecclesiae usque ad illam diem (?), ut habeat ius de eo (?) cum Sancto Praecursore."

l. 2. λάκανο i. e. λάχανον supplendum esse Preger et Dieterich viderunt.

l. 4 sqq. obscurissimae sunt.

Titulum saeculo decimo quarto tribuit Buerchner.

64) Basis marmorea ibidem servata; edidit Anderson JHSt. XVII p. 416 No. 16, cf. quae adnotavit Buresch p. 172.

Διὶ καὶ Σεβασ-
τῷ Καίσαρι
Εὔξεινος Ἀσκλη-
πιάδου ὁ ἱερεύς.
infra
Χέρων Γεσσίου

l. 3. Εὔξενος scribit Anderson, sed alteri litterae E hastam verticalem inscriptam esse utrumque apographon testatur, qua lapicidam diphthongum ει significasse puto.

Postremam lineam litteris minutis prope marginem inferiorem scriptam Anderson omisit; inest ni fallor, nomen lapicidae.

65) Pars superior ampli monumenti ibidem servata.
Κρατεῖνος μετὰ τῶν ἀδελφῶν Ἀμία τῇ μητρὶ καὶ Ζεύξι τῷ πατρὶ μνήμης.

66) Fragmen baseos marmoreae duplicis undique fractum in vico *Pekmisch* aedium privatarum muris immissum.


a		b
. . . . νούσιον		Σερουείλιον [. . . υἱὸν Κλαυ-
. . . . . . ἄνδ]ρα ἀγαθὸν	vacat	δία Δαμοκρά[την ἱερέα τῶν Σε-
. . . . παρεσχη-		βαστῶν ἄνδ[ρα ἀγαθὸν ἐκ προ-
κότα . . . . . τὴ]ν ἀνάστα-		γόνων πολ[ὺ . . . . . . τῇ
σιν . . . . ἐκ τ]ῶν ἰδίων		πατρίδι τι . . . .

67) Lapis in ecclesia Graeca vici *Nazly* servata. Buresch, itineris laboribus iam valde debilitatus titulum non ea, qua solitus est, diligentia tractasse videtur, ita ut dubitem, num omnia exscripserit, quae in lapide essent.

τῇ κρατίστῃ βουλῇ Μασταυρειτῶν· ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς ἀπόκειται τὸ
ἀντίγραφον ἐν τοῖς
ἀρ]χείοις.

Lineas in apographo non distinxit nisi postremas. Postremi nominis vestigia certa exstant, inter τοῖς et ἀρχείοις nullum verbum periisse Bureschio videtur, infra ἀντι spatium vacat.

Titulum quem vidit Buresch in vico *Budshakjöi* (p. 176), Anderson l. l. p. 397 No. 1 publici juris fecit.



Indices.

I. Nomina civitatum et locorum.

II. Nomina virorum et mulierum.

III. Imperatores Romani.

IV. Dei, deae, feriae.

V. Grammatica et orthographica.

a. Vocales:

b. Consonantes:

c. Declinatio nominum:

d. Declinatio verborum:

VI. Notabilia varia.

